

ad propria est reversus. Et sic negotium terre sancte
fuit intermissum. Ipsi tamen capitanei imperatoris
Tartarorum duo bella habuerunt prospera adversus gentes
soldani. Insuper rex Armenie plusquam 2000 Sarrace-
norum, qui regnum suum invaserant, bello cum ipsis
inito interfecit. Et ex tunc per multa postmodum tem-
pora Sarraceni regnum Armenie invadere ulterius non
presumpserunt, immo dictus soldanus cum ipso rege Ar-
menie pacis federa confirmavit.

1308 nov. 27. Anno domini 1309. inclite nobilitatis Henricus comes
de Lutzelburg, qui in numero imperatorum vocatur octavus,
in regem concordia principum electus et per Henricum secun-
dum Coloniensem archiepiscopum Aquisgranum in regem consecratus
regnavit annis quinque. Hic statim post suam coronationem regie
fidelitatis devotione affectus corpora suorum antecessorum Adulphi
videlicet et Alberti in locis sue sepulture, ubi uterque sepultus fuerat,
effodi iussit et eorundem ossa cum solemnitate decenti una eadem-

1309 aug. 29. que die ad civitatem Pyrenensem adducta in sepulchris regis culta

1309 dec. regio humulavit. Anno quidem regni secundo idem Henricus in
Colonia natalis domini celebrans solempni habita primatum et
nobilium regni curia expeditionem exercitus in Italiam profi-
ciscendi ad futuram proximam aetatem indixit. Tempore
igitur congruo, quo reges ad bella solent procedere, immi-
nente ipse idem rex cum valido nobilium et militaris
ordinis exercitu intrans Italiam in primo sui adventu

1311 mai. 19. civitatem Brixensem rebellionem contumaci superbientem

~~1311 mai. 19. Ista minus recte sunt. Henricus exunte anno 1310 Italiam intravit,
Brixia vero anno 1311 m. maio obsideri coepit.~~